

Johann Nicolaus Quistorp

**Programma Rector Academiæ Rostochiensis Johannes Nicolaus Qvistorpius, Th.
D. P.P. Ordinar. ... Ad Funus ... Viri Dn. Christiani Knesebecken/ Inclytæ Urbis
Hujus Senatoris et Camerarii Primarii ... Ad VIII. Currentis Mensis Februarii A. O.
R. M.DCCIV. ... Celebrandum Proceres, Ac Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Wepplingius, 1704

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766680703>

Druck Freier  Zugang



Quistorp, J. N.,
in C. Knesebeck.

R. 1704.

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Margaretha Elisabeth
1670
Königin von Hannover
+ vor 1704
4 Kinder

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover


Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover



Anna Maria
+ vor 1700
X
Georg Wilhelm
König von Hannover

PROGRAMMA.

Quò

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOHANNES NICOLAUS
QVISTORPIUS,

TH. D. P. P. ORDINAR. AD DIV. NICOL. PAST.
& MINISTERII PATRII SUPERINTENDENS.

AD

F U N U S

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI & PRUDENTISSIMI

V I R I

DN. CHRISTIA-
NI Gnessebecken/

INCLYTÆ URBIS HUIUS SENATORIS ET CAME-

PRIMARIÏ, AC OPTIME MERITI,

IMO EMERITI,

IN DIE CURRENTIS MENSIS FEBRUARIÏ

A. O. R. M. DCCIV.

PRESENTIA, PIAQVE DEVOTIONE

CELEBRANDUM

PROFESSORES, AC CIVES ACADEMICOS

HUMANISSIME, & SERIO INVITAT.



ROSTOCHII, Ære JOH. WEPPLINGH, SER. PRINC.
& ACAD. Typographi.





Abuchdonofori Affyriorum Regi
Statuam in somniis *Danieli* II, visam
typum esse variantis subinde &
tandem concidentis politiaë, Citatus
illustris propheta vaticinatio infallibili
enunciavit divino spiritu edoctus.
Ast eadem Statua viva velut effigie
non tantum *μεταλκοσμη* fragilem
& instabilem vanamque conditio-
nem; sed & *μικροκοσμη* hominis sc. eamque vegetantis vitæ
hujus caducæ & fragilis miseriam, fugacitatem & bre-
vitatem repræsentari compages omnium ejusdem mem-
brorum artificiosissima luculenter evincit. Commendatur
hæc Statuâ staturâ Procera, cujus potissima membra auro,
argento, ære, terro conflata, tota tamen Moles luteis innixa
sit pedibus, tandemq; sensim imminuta, contrita ad lapi-
dis, qui non est in ullis manibus, ictum illiâ, in favillam
reducta, concidat & evanescat. Egregia hæc hæculè, &
Mundi, & rerum humanarum, Imperatorum, Regum,
Principum, omniumq; hominum imago non ab *Xeuxide*,
Pharnasio, vel *Apelle* picta, non à *Pyrgotile*, vel *Praxitele* *Phy-
diate* sculpta aut fusa, sed abs ipso Spiritu Sancto incom-
parabili penicillo delineata. Magnificam hanc structu-
ram in somniis inspectam, dum Propheta ait; eam non
verè existere, sed velut spectrum, & phantasma quoddam,
vitam sc. humanam, non rem durabilem, & consistentem
sed imaginariam quendam fallaciam esse, spiritu infallibili
ductus designare voluit, quam ob id *Regius* Propheta
umbram, fœnum, florem. *Salomon* Regum omnium sapi-
entissimus *vanitatem*. *Paulus* Schema, figuram, *Ecclesia-
sticus* aquæ guttam, fumum, terram. *Ioseph* deniq; *Philosophus*
Plato, solius luce naturæ adjutus, nihil; *Aristoteles*, pituitam
& bi-

& bilem, somnium, bullam; *Seneca* temporis punctum, alii
aliisque similibus vitæ fugacitatem fragilitatemque denotantibus
epithetis, & nominibus, graphicè descripserunt. Pars
dictæ Statuæ, quæ videtur ponitur ex auro & argento est,
cujus splendor opes divitias mundanas non tantum; sed &
ætatis juvenilis vigorem exhibet. Opibus enim & robore
juvenili, homines fascinatos sæpe Deos se finxisse, DEO,
ipsi mari, terræ bellum indixisse, palatia, templa, pyra-
mides exstruxisse, æternitatem sibi pollicitam esse? monu-
menta historiarum abundè, testantur. Ast quid JHOVA
ad Esaiam ait, Clama inquit: at ille, quid clamabo, omnis
homo respondit כְּחֵלֶב, fœnum & omnis gloria ejus quasi
flos agri. Fœni nomine populum: floris Principes po-
puli ex interpretum consensu Propheta significavit, pul-
chrior quidem floris quam fœni species & aspectus. Ubi
verò sole incalescente Vigorem suum amisere, eadem u-
triusque deformitas est. Quo respicit Propheta BARUCH dum
ait: Ubi sunt Principes gentium, qui dominabantur super
bestias, quæ sunt super terram; qui cum avibus Cœli
ludunt, qui aurum & argentum; in quo confidunt homi-
nes, thesaurizant? exterminati sunt. CYRUS prævidens
hanc miseriam Mausoleo suo inscribi voluit: *Ego sum
CYRUS, qui Persis Imperium constitui, pusillum hoc terra, quæ
meum tegitur corpus, mihi quisquam ne invidet.* Porro
æris, & ferri, ex quo indigitatæ Prophetiæ Statuæ venter
& crura, & latus constabant, validitas, ac soliditas du-
rationem imaginariam virilis ætatis, lacertorum robu-
storum vim & fortitudinem in virili Vigore, ob oculos
ponit. Ast nec eam massam, utpotè fundamento confi-
mili destitutam, imò luto inædificaram, ex mero limo, &
argillâ compactam, durabilem esse; sed peccatis innatis,
& quotidiè accumulatis corruptam, morbis concussam,
senectute

REINIS

A. 3

senectute

feneſtute aggravelcente, annorum vi preſſam, tandem
in primum ſui principium, in limum lutumq; deſinere, &
in cineres diſſolvi, & verbo, & experienciã ipſa docemur.
Statuæ hujus Propheticæ imaginem vivam ſolemnes exe-
qvæ funebres, qvæ hoc ipſo die Viro *Ampliſſimo, & Pru-
dentiſſimo* DN. CHRISTIANO *Kneſebecken/ Senatori
& Camerario* noſtræ Civitatis primo dexterrimo; fidelif-
moq; tandē emerito optimo, ordini literario faventiſſimo,
Meccenati, Affini noſtro æſtumatiffimo parantur, nobis ex-
hibent. Merebatur ejuſdem virtus, Vigilantia, Prudentia,
dexteritas, Probitas, & qvod primum vera pietas parentati-
onem ſolidam; aſt ejuſdem pagina hæcce cum capax non
fit, Viri prudentiſſimi & dexterrimi, ac pii in hoc mundi
proſcenium ingreſſus, progreſſus, & egreſſus ſuccincta de-
lineatio laudationis debitæ vices ſuppleat. Natus hic
Roſtoehii eſt jam B. N. DN. CHRISTIANUS *Kneſe-
beck/* Anno M DC XXI. die 24. Aprilis: Parentibus
planè Eximiis, & Patre quidem HENRICO *Kneſebe-
cken/* Cive ac Negotiatore noſtræ Civitatis quondam Præ-
cipuo, Matre vero optimâ & pientiffima Matronâ ELI-
SABETHA *Pruſſen.* Filia, NICOLAI *Pruſſen/*
Mercatoriis & Cereviſarii t. t. notiſſimi, & Honeſtiſſimæ
fœminæ SARÆ *Hundertmarcks.* Avum laudavit PE-
TRUM *Kneſebecken/* Sereniſſimi Ducis O. M. ADOL-
PHI FRIDERICI, Ducis Megapolenſis &c. Præte-
ctum Dobbranenſem Fideliffimum, Aviamqve omnium
virtutum ſingularis exempli fœminâ SARAM BARNOW-
WEN, JASPER BARNOWEN Civis Roſtochienſis
primarii, & AGNETÆ NETTELBLATS e ſplen-
dida Familiâ NETTELBLATTEN in Civitate no-
ſtra decantatiſſimâ. Proavum habuit Honeſtiſſimum Vi-
rum HENRICUM *Kneſebecken/* Civitatis Ducalis WA-
RENSIS

RENSIS Civem **Probum**. Parentum suorum pietati
 dandum, quod **B.** noster Christianis sacris è vestigio ad
 motus, & domi quoque innutritus istis studiis, moribus-
 que, quibus ætas tenerior imbui solet. Quæ ut adepta
 est in puero aliquod robur, nec contemnenda indoles
 promineret, Formatorum curæ traditus, omniqve stu-
 dio, quod poterat excultus fuit. Nec irrita fuere Cæpta,
 sed Deo duce, Præceptorum dexteritate & propriâ so-
 lertiâ comitibus, tam faciliè præbitum sibi animi cultum
 uti ex Ephebis nec dum egressus, jam egregia eruditionis
 acqvisitæ daret specimen. Totus sic studiis deditus, altio-
 ra meditatus est. Parentibus autem suis providis præter
 spem remonstrantibus, rectius ipsi prospectum iri, si mer-
 caturæ exercendæ potius, quàm literis suam consecra-
 ret ætatem, parentibus ut in omnibus obediens, mercatu-
 ram exercere parato animo felicissimè cœpit. Talentum
 sibi divinitus, collatum fœnori licito collocavit, ejusque
 incrementum prosperum sensit. Nec tamen fortu-
 næ insolentiâ intumuit, sed potins ejusdem fragilita-
 tem, & mutabilitatem prudenter dispexit; nec moder-
 norum non nullorum juvenum more sociam lecti, an-
 tequam *Hesiodi* requisitis, agro, domo, & aratro, ade-
 oque necessariis ad œconomiam recte administrandam
 instructus esset, delegit. Ætate itaque maturiore Anno
 MDC XLIX. d. 10. Octobr. fidem Conjugalem Nobilif-
 simæ Virginiqve lectissimæ **MARGARETÆ SEBES**
 Viri quondam Strenui & Prudentissimi **ZACHARIÆ**
SEBES Capitanei Ducalis, post Senatoris Rostochi-
 ensis notissimi dedit. Cum quo annos fermè XXXII.
 optatissimum & fœcundum transegit conjugium. Su-
 flulit enim charissima & gratissima amoris pignora
 numero IX, quæ conjuges hosce, certissimo sinceri affe-

Etus vinculo constringerunt: Quoties enim Uxor Ma-
rito parit, uterque alteri dat amoris obsidem. Obsides
tales in vivis Virtuofissima Matrona MARGARETHA
SEBES non vulgares, sed præclaros dedit: quorum no-
mina celeberrima sequentia. MARGARETHA ELI-
SABETHA, WENDULA I. HENRICUS, WEN-
DULA II. ANNA SOPHIA, CHRISTIANUS
MATTHÆUS, ERNESTUS, ANNA MARGA-
RETHA, ANNA CATHARINA. E quibus
WENDULA I. & ERNESTUS Matrem beatâ & præ-
cesserunt, & præmaturâ morte, quæ Anno 1681. Dominicâ
Lætare subsecuta liberos piè defunctos, ipsa placidissimè
expiravit; cum fecisset annos Vitæ XLIX. & quosdam in-
super menses. Primò natâ Nobilissima & pientissima jam
Beata MARGARETA ELISABETHA, Septuagesimo
seculi præteriti anno nuptum data est primò Viro Re-
verendo & Clarissimo DN. LAURENTIO HOLSTEN,
Pastori TARNOVIENSI quondam fidelissimo jam pari-
ter B. ac progeniit in tali consortio IV. Liberos CHRI-
STIANUM LAURENTIUM jam & beatum JOHAN-
NEM ZACHARIAM, Hollandiæ in Löwarden ho-
diè degentem, ibidemque arti singulari aurifabræ,
(germanicè daß Goldschlagen dictæ) deditum. Et
LAURENTIUM CHRISTIANUM, Civem Rigen-
sem & negotiatorem splendidissimum; utpote qui
ibidem Anno 1703. d. 14. Octobr. felicissimè duxit
MATTHIÆ HOLLANDERSEN, Civis & Mercatoris
apud Rigenses primarii & conspicui, jam vero B. Filiam,
omnibus dotibus virgineum sexum ornantibus in signem,
ANNAM Holländerßen. Et elegantissimam MAR-
GARETHAM ELISABETHAM, quæ nuplit hic Viro

Inte-

Integerrimo CHRISTOPHORO Schmidten. Nego-
tiatori apud nos conspicuo, ex qvâ *Μακαρις* N. vidit
unum nepotem GEORGIUM CHRISTOPHORUM,
unamq; neptem MARGARETAM WENDULAM.
Ad secunda MARGARETA ELISABETHA N. vi-
dua HOLSTIA transiens vota, nupsit Viro Reverendo
Admod. atq; Clariss. GEORGIO MASIO, hodie Pasto-
ri TARNOVIENSI Fidelissimo, Amico N. jucundis-
simo, ac laudatum Parentem fecit IV. egregiorum libe-
rorum, FRANCISCI JOACHIMI, GEORGII CHRI-
STIANI; SOPHIÆ DOROTHEÆ virginis jucundissi-
mæ, & ANDREÆ. Prodit jam Filius tertio genitus. Vir
Nobilissimus, ac Prudentissimus DN. HENRICUS KNE-
SEBECK, SENATOR Nostr. Civitatis Splendidissimus, ac
Illustris ÆRARII Provincial: Administrator fidelissimus,
Fautor atq; Affinis N. Colendissimus, qui primam Thori
sociam sibi elegit t. t. virginem Nobilissimam & pudicis-
simam MARIAM DOROTHEAM Spectatissimi jam
& B. PETRI Stöltzen/ Civis hic primarii & Negotiato-
ris felicissimi Filiam conspicuam. E qua laudatus susce-
pit optimam MARGARETAM DOROTHEAM, qvæ
paucis diebus ante Matrem obiit, CHRISTIANUM HEN-
RICUM hodie in negotiationibus Callidissimi Patris Fi-
lium æmulum, PETRUM I. inter cœlites jam viventem
cum subsecuta suâ sorore SOPHIA ELISABETHA, &
PETRUM II optimæ spei juvenem, Musis hæctenus con-
secratum. Orbatus Vir prudentissimus hic HENRICUS
jam per quinquennium amatissima suâ supralaudatâ ami-
cissimâ uxore, ambiit & felicissimè ex ambiit amores Vir-
ginis Prænobilissimæ & pudicissimæ CATHARINÆ
DOROTHEÆ, VIRI PRÆNOBILISSIMI atq; CONSULTISSI-

MI

MI nec non PRUDENTISS. DN. GEORGII MEL-
CHIOR. SWEDERI, Jcti Consumatissimi, Rei-
publ. hujus CONSULIS primarii, & Illust. Statu-
um Provincialium Meklenburgicorum Syndici gra-
vissimi, Fautoris nostri colendissimi, Filiae natu maximæ
& Præstantissimæ, quam sibi hodie habet desponsatam.
Quorum quam proximè consumandum matrimonium,
ut ex omni parte sit beatum, animitus fovemus! Pro-
peramus ad secundo natam Filiam WENDULAM II.
hodie optimam Matronam amicam N. æstumatissimam,
quæ super: secul. anno LXXV. Matrimonium iniiit cum
Viro Integerrimo & Spectatissimo DN. PETRO
STOLTEN, Cive Præcipuo & Negotiatore cum
in vivis esset verè florentissimo, nec non Antistite ad
Div. Mariæ primar. abs quo Citata VIII. reddita est
elegantissimorum Liberorum genitrix CHRISTIANI
JOHANNIS, jam piè defuncti, MARGARETHÆ ELI-
SABETHÆ. Quam thori sociam obtinuit, Vir Nobiliss.
DIEDERICUS SAMUEL WULFRATH, Hæredi-
tarius in großen Stove Amicus itidem noster æstimandus,
qui ex citata hodie autem Beata suscepit V. optimæ
indolis charitates: CATHARINAM MARGARE-
THAM, WENDULAM, JACOBUM DIEDERI-
CUM, PETRUM BERNHARDUM, CHRISTO-
PHORUM FRIDERICUM, omnes per D. G. inter
vivos existentes. CHRISTIANI RUDOLPHII VIRI
Juvenis maxime industrii, & paternarum virtutum æmuli
felicissimi. Formosissimæ WENDULÆ, quæ nupta No-
bilissimo & Spectatissimo JOACHIMO CHRISTI-
ANO Bauman / Patrício Stralsundensi conspicuo,
piè defunctum nostrum, suo primogenito Filio JO-
CHIMO CHRISTIANO, & proavum fecit. JOHAN-
NIS HENRICI, & CASPARI HENRICI ad plu-
res

res congregati, jucundissimæ & pudicissimæ ANNÆ
SOPHIÆ adhuc Virginis Splendidissimæ, SOPHIÆ
ELISABETHÆ æternitati jam mancipatæ. Adest &
Ornatissima Fœmina ANNA SOPHIA Matrimonia-
libus virtutibus instructissima, Spectatissimo DN. HEN-
RICO HOPPEN Antistiti Mariano & S. Jürgen/
dexterrimo, negotiatoriq; apprimè sedulo nuptum da-
ta Anno 1682. d. 22. Jul. ex qua B. N. duos vidit neptes,
totidemq; neptes CHRISTIANUM HENRICUM,
JOHANNEM HENRICUM, ELISABETHAM,
ANNAM SOPHIAM, omnes per D. G. superstites.
Nominandus jam venit inter Filios abs B. N. genitos
Secundus, in ordine autem Prognatorum Utus, DN.
CHRISTIANUS MATTHÆUS, Vir Juvenis, Præ-
cellentissimus, rarioris literaturæ, & Juris Publici studio-
fissimus, Polyhistor si in vivis mansisset incomparabilis,
& scriptis jam clarus, ut pote qui eruditissimos exaravit
tractatus de Jure Dominii; *Potentissimi REGIS DANORUM*
in Mare BALTHICUM s. Orientale, & De jure Vectigalis
WARNEMUNDANI, nec non de jure Imperatoris Romani
in Burgundia circulum (qui Imperio olim, nunc autem
Regi Gallorum subest, integrum à multis Illustrissimis Vi-
ris in Aulis *SERENISS. PRINCIPUM Potentiss; Luneburgen-*
sum degentibus probatum librum & abs Excellentissi-
mis non Germaniæ solum, sed & Galliæ Viris Eruditissi-
mis expetitur (qui tamen scriptis publicis hæcenus
non extant) Prodromus vero Juris Publici solidæ eruditi-
onis documentum jam legit Literatorum chorus, Epho-
rus Illustr. Filiorum Illustris Viri & *Consiliari Intimi,*
nec non *CANCELLARII Potentiss. Ducis CELLENSIS Exc.*

B

FA-

zudis

FABRICII desideratissimus. Qui Fato autē inopinato ante
biennium abreptus, quā maximē à multis deploratus
est, mereturq; deplorari. Sit anima ejus in benedictione!
ANNA MARGARETHA Fœmina omnium quæ
sexum istum Deo, hominibusqve commendatum red-
dunt, virtutum dotibus inprimis conspicua, quæ ma-
trimoniali vinculo juncta est Ao. 1695. d. 8. Jul. integerrimo & Prastantiss. Viro HANS GOLTERMAN Civi
apud nos spectabili, Præfectui Georg. & Orphanotroph:
dexterrimo, Fautori N: certissimo. Quā matrem avumq;
p. d. fecit tribus hætenus prognatis CHRISTIANO
JOHANNE, ANNA MARGARETHA, & WENDU-
LA. Nobilissima, Scitissima, maximèqve Pia ulti-
mo nata ANNA CATHARINA Virgo pudicissi-
ma, quæ Optimo suo parenti haud defatigata in mor-
bo suo die nocteqve in exemplum omnium liberorum
benedictionem I Vti præcepti expectantium, inservivit,
innupta, impensissimè cum s. t. Domino Fratre, at-
qve Sororibus, Nepotibus, Neptibusq; luctuosissimum
respectively pientissimi patris, Avi, Proavique necem im-
pensissimè dolent, Quibus autem omnibus largis-
simam divini solaminis asistentem gratiam ex animo
apprecamur! Cum Deus univerforum Demiurgus
sapientissimus vinculum primum conjugale dissolvit
& Anno MDCLXXXI. d. 13. Martii Beatum N. Costā
suā dulcissimā privavit, Eumqve Viduum tristissi-
mum fecit, lectum per XVII. menses viduum
presit, est JHOVA Directore, & Proxeneta, suaden-
tibus etiam Liberis providis, ad secunda vota transit,
& Matronam à pietate infucata laudabilem & in virtu-
tibus

bus sexum fœmineum illustratibus, illustrem *MAR-*
GARETAM SCHONLAWEN Filiam præno-
 biliss. & quondam Consultissimi *ALBERTI SCHON-*
LAWEN *J. U. D.* & Causarum Patroni Excellentissimi
 &c. post Viri Nobilissimi & Prudentissimi *HERMANNI*
 de *WETKEN SENATORIS* hujus Reipublicæ optimè
 meriti viduam, Viri hodie Clarissimi Prudentiss. Lite-
 ratissimiqve Dni. *WETKEN SENATORIS* Civitatis N.
 splendidissimi Matrem suavissimam, vitæ ultimæ sociam
 sibi delegit, cum quâ placidè & tranquillè per XXI an-
 nos & menses ferme III. in matrimonio vixit. Conjugium
 illud utrumq; licet sterile, attamen non minus concors
 ac si pluribus pignoribus Conjugalibus firmatum fuif-
 set, est expertus. Nec sat decantare volunt Optimæ Ma-
 tronæ maximè probi privigni, privignæqve infucatum
 amorem, omniaqve servitia, omnemq; curam imprimis
 per XIII. annos ægrotanti & decumbenti suo Patri præ-
 stitam. Mœstissima hæc vidua & ipsa senex & hodie gra-
 viter decumbens summo cum animi mœrore vices rerum
 humana: undum in secundo hoc conjugio & suo privatur
 marito, cum, quam maximè deplorat. Faxit Eandē divina
 Bonitas hodie tantopere pressam, nunquā tamen opprimi,
 addat illi sui spiritus operam, quā animam recipere, pro-
 priam Dei voluntatem venerari, & ad dulcem sequelam
 in Christo se præparare queat! Sic Deo Ter Optimo,
 terqve Maximo ita disponente *Maximus* N. Duarum
 uxorum probus maritus, IX. Liberorum providus *PA-*
RENS, XXVIII. Nepotum, Neptumqve Avus, VIII.
 Pronepotum, Proneptumq; Proavus gravissimus existit.
 Qualis vita illius fuit, notum est omnibus, Pius fuit

omiling

B 2

in

in Deum, comis erga proximum, Cui consilio saluta-
ri & officiis aliis libenter commodavit pro virili, Donui
sua bene praefuit. Non poterat ergo in nudorum Civi-
um primariorum haerere gradu, qui sibi majorem jam
promeruerat. Quare collatis in unum suffragiis A. S.
MDCLXII. die 24. Februarii Nobiliss. Senatorum &
Anno MDCLXXXI CAMERARIORUM Collegio
asscriptus, laudem sibi jam ante partam, quod invicti
laboris & fidei esset, implevit abunde, & auxit. Quan-
ta prudentiam caverit Civitatis nostrae imminetia mala,
vel anxietate, vel alacritate & sudoribus administrave-
rit, dici breviter haud potest. Testis sit universa Ci-
vitas, quam egregium Civem per omnia, & Senatorem
providum sollicitumque exercuerit. Solertiam imo amo-
re publici egregium, omnesque juvandi studio a nemine
se superari est passus, illudque perseveravit ad ultima,
quoad quidem corporis vires dejectae nimis voluntati
suffragarentur. Quae An. 1691. ita interveniente mor-
bo Scorbutico ita plane defecerunt, ut officiis suis haud
praesse potuerit, & abs dicto tempore ad ultimum
vitae terminum per XIII. annos lecto affixus de far-
cina hac tota in sinum manusque היה abjicienda totus
meditatus est, & ad Animae suae Medicum, florem e ra-
dice JESSA enatum conversus, sacroque Synaxeos Sa-
cramento animaeque viatico multoties in morbo refe-
ctus, itineri se semper accinxit, desiderio abundi miri-
fice accensus, ut esset cum CHRISTO SALVATO-
RE SUO. Non silentio praetereundum, quod *Maxa-*
elis N. anteduos annos in ipsa Parasceve: Nativitatis Do-
mini per Decennium auditu privatus, hunc sensum beni-
gnissimo

gnissimo DEO ita disponente, receperit; Cum enim Devotissimæ præsentis in hypocausto hymnis vacarent, quos inter præminebant: Selobet sensu Jesu Christi / distincta & sonorâ voce ipse intonavit: *Du bist du ein Mensch geboren bist: Quæ summo cum gaudio cum perceperint adstantes, inprimis devota Uxor, nec non maximè pia Virgo filia fundebant Canticū illum: In dich hab ich gehoffet Herr &c. mox addidit. Hilf daß ich nicht zu Schanden werde;* ad finem usque perducens cæptum. Descendentes ad lectionem Sacrarum mox percontati sunt ex decumbente, an omnia recte perciperet? Respondit distinctâ voce, *Ja/ Ja/ er könne alles hören.* verū durarunt modò hæc gaudia per tres mentes, quibus finitis recidiva surditas notata est; ast integro visu per D. G. fruitus est ad ultima vitæ suæ, ut omnia accurratè legere & meditationibus sacris inhærere quam optimè, nec non accurate literas pingere potuerit. Alia incommoda Senectutis & morbum ipsum item finem vitæ Vir Prænobilissimus Experientissimus & Excell. Dominus JOHANN. GEORG. DETHARDINGIUS, Medicinæ D. Profess. P. Fautor atq; Collega N. æstumatissimus, sequentibus verbis expressit, quæ prout nobis oblata sunt, curavimus hic inseri:

Duodecim anni sunt, & quod excurrit, quando pedes officia sua, quibus sat alacriter & ad stuporem usq; vacaverant, facere recusando, toti corpori quietem concessere, & Prudens hic Senator lectum terere coactus fuit. Ast quod reliqua vero membra, viscera item interna sic satis benè se habebant

bebant, ipsi ministrantium Conjugis liberorumq;
manus semper erant praesto, & quod maximum,
meus composita secum morari dudum didicerat,
tranquillum duxit Spiritum, & duxisset fortean ad
extremum spatium, nisi ex levi ulcusculo in pollice
pedis sinistri subortam gangrenam, sphacelus ex-
cepisset & carnes destruxisset; Virum quippe
debilitas & succi nutritii penuria tunc vel maxime
perspecta fuit, quando allatis ex Chirurgia, quae
hoc novit armis, etiam efficacibus, hostis ille semper
per per cuniculos egit, & sanguinem quoque
in partes trahendo, tandem vita finem fecit.
Ad Εὐχαριστίας Erg Oratione & Cantilenis sacris, ac usu
Sacramenti confirmationis, quod XIV. ante obitum
dies summâ cum devotione accepit è Manibus Viri Pl.
Reverendi atqve Clariss. DN. HENRICI BEKKERI,
Pastor: Jacob. fidelissimi, Domini Collegæ N. conjun-
ctissimi, se composuit. *Conjugi dilectissime, Liberis suis
splendidissimis, Nepotibus Neptibusq;* primò Benedictionem
inter pias manantes lachrymas impertitus est:
Concludens: *Der Segen Abrahams/ Isaacs und
Jacobs sey über Euch hie Zeitlich und dort Ewig!* deniq;
cum universis tum singulis gravi & solatio plenâ oratione
valedixit, nihil æq; magis, quàm beatam emigrationem
cum SIMEONE desideravit. Deficientibus & evanescentibus
subinde viribus, tandem res eò devenit, ut 27. superioris
Mensis Januarii, diem experiretur ultimum, aut ut rectius loqvar,
veræ & nunquam terminandæ

nandæ vitæ primum, quò die à suis Svavissimis depre-
 hensus quidem est, omnibus viribus destitutus, cæte-
 rum iudicii acumine integro præditus, & Divino præ-
 primis solatio, imòtaq; fide in Jesum Crucifixum oppido
 valens & auctus. Quod & ex eo patet, cum optima sua Filia
 ANNA GATHARINA, Virgo prudentissima, agoni-
 zanti acclamaret devotissimam illam cantilenam; *Mei-
 nem Jesum laß ich nicht*; Et ex decū bente percontaretur,
 an hæc perciperet, & acquiescere totus veller in JESU suo
 Salvatore? ad auditum nomen JESU *Ἰησοῦς* pro pecca-
 tis universi mundi, caput, manus, oculos, universum-
 que corpus ad devotionem non solum & venerationem
 composuit; Sed & distincta voce respondit, *Ja / Ja /
 wie ein Klette am Klette*. Quod ultimum verbum ex Be-
 ato N. auditum, & sic sine ullo metu ac motu superiori
 Dominica SEXAGESIMA inter XII. & I. pomeridianam
 postquam explevisset annum LXXXII. & III. Mens ac III.
 dierum ætatis, Officii Senatorii rarissimo exemplo XLII.
 Christi sanguine redemptam animam Deo reddidit. CY-
 RUS PERSARUM Rex agonizans, filios his verbis allo-
 cutus legitur: *Filii amantissimi, corpus meum, quando
 anima ab eo divortium fecerit, nec in argento, nec auro condi-
 te, nec ut COLCHI ex arboribus suspendite, nec ut CHII in mor-
 tario contundite, nec sepulchralibus canibus ut Bactriani,
 aut Vulturibus ut JBerii; dilaniandum obijcite, nec in visce-
 ribus vestris, ut Hiberni claudite; sed terra communi omni-
 um mortalium Matri communi omnium corporum portus sine
 mora, quam primum reddite*: idem Patriarchas à suis liber-
 ris contendisse, sacra pandectæ testantur.


Hocce pietatis ultimum officium ex voto imo ex
 pio

pio affectu, Vidua mœstissima, tota Clarissima KNESE-
BEKIANA FAMILIA hodie lubens cum præstet,
nosq; ipsi condolere, *ov. 10. 7. 9. 11. 12.* externis indiciis & decla-
rare oporteat. Hinc rogo Academiae Cives, ut id,
quod pietas Christiana, Familiae splendidissimae in Rem-
publ. utramq; officia probe data, debita benevolentia,
ipsaq; adeo Antidoralis obligatio postulant, & meo roga-
tu faciant, ac hodie Horam primam in aede D. JACOBO sacra
frequentes compareant, exequias solemniter eant, &
exuvias *Optimi Senatoris* cineribus olim pie suae defun-
ctae uxori jungant, animoq; recolant: mortem plu-
rimis esse in Januis, omnibus in insidiis, singulis
in hisce animae induviis.

Inter eundem autem cogitemus illud Sapientis: MA-
LE VIVET, QVISQVIS NESCIET BENE
MORI, Valet, & sic VIVITE, ut AETERNUM
VIVATIS.

P. P. Rostochii Sub Sigillo RECTO-
RATUS d. VIII. Febr.
Anno 1704.

10(0)10



GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK

Etus vinculo constrinxerunt: Quoties ex
rito parit, uterque alteri dat amoris obsequia
tales in vivis Virtuofissima Matrona MARGARETHA
SEBES non vulgares, sed præclaros dedimus
mina celeberrima sequentia. MARGARETHA
SABETHA, WENDULA I. HENRICUS
DULA II. ANNA SOPHIA, CHRISTOPHORUS
MATTHÆUS, ERNESTUS, ANNA
RETHA, ANNA CATHARINA,
WENDULA I. & ERNESTUS Matrem
cesserunt, & præmaturâ morte, quæ Anno
Latere subsecuta liberos piè defunctos, ipse
expiravit, cum fecisset annos Vitæ XLIX.
super menses. Primo natâ Nobilissima & piè
Beata MARGARETA ELISABETHA
seculi præteriti anno nuptum data est pater
verendo & Clarissimo DN. LAURENTIO
Pastori TARNOVIENSI quondam fidelis
ter B. ac progeniuit in tali consortio IV. LAURENTIUM
STIANUM LAURENTIUM jam & beatissimum
NEM ZACHARIAM, Hollandiæ in
diè degentem, ibidemque arti singularem
(germanicè das Goldschlagen dictæ)
LAURENTIUM CHRISTIANUM,
sem & negotiatorem splendidissimum
ibidem Anno 1703. d. 14. Octobr. felix
MATTHIÆ HOLLANDERSEN, Civis
apud Rigenfes primarii & conspicui, jam
omnibus dotibus virgineum sexum ornantem
ANNAM Holländerfen. Et elegantissimam
GARETHAM ELISABETHAM, quæ

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
W
X
Y
Z


Copyright 4/1999 VxyMaster GmbH www.vxymaster.com

Verfärbeselector Standard - Euroskala Offset

A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
Focus
O
Balance
Q
R
S
T
U
V



Integerrimo CHRISTOPHORO Schmidten. Nego-
tiatori apud nos conspicuo, ex quâ *Μακαριος* N. vidit
unum nepotem GEORGIUM CHRISTOPHORUM,
unamq; neptem MARGARETAM WENDULAM.
Ad secunda MARGARETA ELISABETHA N. vi-
dua HOLSTIA transiens vota, nupsit Viro Reverendo
Admod. atq; Clariss. GEORGIO MASIO, hodie Pasto-
ri TARNOVIENSI, Amico N. jucundis-
simo, ac laudatissimo, fecit IV. egregiorum libe-
rorum, FRIDERICUM, GEORGIUM, GEORGIUM CHRI-
STIANUM, & virginis jucundissi-
mæ, & tertio genitus. Vir
HENRICUS KNE-
ndidissimus, ac
fidelissimus,
nam Thori
& pudicis-
sime tractatissimi jam
arii & Negotiato-
re, quæ laudatus susce-
pit DOROTHEAM, quæ
est, CHRISTIANUM HEN-
RICUM, in actionibus Callidissimi Patris Fi-
lium æmulo, inter cœlites jam viventem
cum sublece, amore SOPHIA ELISABETHA, &
PETRUM in sumæ spei juvenem, Musis hætenus con-
secratum. Orbatus Vir prudentissimus hic HENRICUS
jam per quinquennium amatissima suâ supralaudatâ ami-
cissimâ uxore, ambiit & felicissime exambiiit amores Vir-
ginis Prænobilissimæ & pudicissimæ CATHARINÆ
DOROTHEÆ, VIRI PRÆNOBILISSIMI atq; CONSULTISSI-



MI